This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

BR
65
L34M4
UC-NRLF
$B 98 936


SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
LVX
FIAT
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

UNIVERSITY OF
CALIFORNIA

Jahresbericht

über das

städtische Progymnasium

zu

Jülich.

Schuljahr 1877—1878.

Von

dem Rector des Progymnasiums

Dr. Joseph Kuhl.

Vorausgeschickt ist:

Quaestionum Lactantianarum particula prima,

von dem commissarischen Lehrer Dr. Peter Meyer.

Jülich 1878.

Druck von Jos. Fischer.

1878. Progr. Nr. 369.

BRL5
L34M-1

Die Eltern unſerer Schüler und alle diejenigen, welche Schüler der Anſtalt zuführen wollen, ſind gebeten, beſonders die Schlußbemerkungen zu berückſichtigen, ſowie bei Anſchaffung der Bücher ꝛc. ſich nach dem S. 12 abgedruckten Verzeichniß zu richten.

cca

UNIV. OF CALIFORNIA

Quaestionum Lactantianarum

particula prima.

I.

Quo tempore institutionum divinarum libri sint conscripti.

Parva tantum ex parte ea, quae praelaturus sum, nova sunt neque id nunc ago ut doceam, sed ut certam quandam de institutionibus sententiam, quam optime possim, confirmem eaque comprobata viam ad alteram quaestionem dissolvendam mihi muniam. Quapropter ne quis offendatur ubi, quod alii iam dixerunt me interdum repetere nec tamen illos nominare viderit.

Ac primum quidem tempus, quo Lactantius institutiones scribere coeperit in aperto est. Ipse enim se dicit commotum esse ut scriberet duobus libellis, qui eodem ipso tempore, quo iustus populus nefarie lacerabatur essent evomiti.[1]) In eo porro libello, qui est de opificio dei idem institutiones suas quasi praenuntiat dicens:[2]) *statui enim, quam multa potero literis tradere, quae ad vitae beatae statum spectent; et quidem contra philosophos, quoniam sunt ad perturbandam veritatem perniciosi et graves. Incredibilis enim vis eloquentiae et argumentandi disserendique subtilitas quemvis facile deceperit: quos partim nostris armis, partim vero ex ipsorum inter se concertatione sumptis revincemus ut appareat eos induxisse potius errorem quam sustulisse.* Unde elucet iam tum, cum hunc libellum conscripsit, eum de institutionibus non solum cogitasse, verum etiam totam earum rationem animo perceptam habuisse. Quod Lactantius de opificio dei disserens statim initio nos docet *in summis* se *necessitatibus*[3]) i. e. persecutione vehementissime saeviente scripsisse, bene id congruit cum iis, quae in institutionibus dixit.

Coepit igitur meditari, colligere, fortasse etiam scribere circiter annum CCCV. Quaeritur quo tempore Lactantius finem labori imposuerit. Ad quam quaestionem priusquam accedamus necesse erit praecidi quaedam, quibus illaqueatus facile ad falsam opinionem quispiam possit perduci.

Lactantius enim secundum volgaria exemplaria et in primo et in ultimo libro Constantinum adlocutus est idemque, si codicibus illis fides habenda est, sectarum enumerationi, quam in quarto

---

[1]) cf. d. i. V, 1. 2, praecipue 2. (ed. Fr. Fritzsche Lipsiae 1844 vol. I p. 232/33. Huius editionis paginas, ubi ex usu erit, iuxta indicabimus.)

[2]) de op. 20.

[3]) c. 1. (II p. 172/3) cf. c. 20 (II p. 207).

457251

libro legimus, verba: *aut Ariani* addidit. De quibus locis inanis omnis disputatio est nisi cognita librorum auctoritate innititur. Itaque per Buechelerum, praeceptorem carissimum, ut de codicibus certior fierem, G. Laubmannum, v. d. bibliothecae Virceburgensi praefectum adii isque benignissime literas ad me dedit hasce:

Der Apparat zu Lactanz ist, soweit derselbe früher von der Akademie beschafft wurde, weil man glaubte, mit diesen 3 Handschriften auskommen zu können, in meiner Hand.

B = codex Bononiensis saec. VIII.

P = Parisinus 1662 blos für das erste Buch verglichen.

R = Parisinus 1663.

Die erste Anrede (I, 1) *Quod opus — restituta est* fehlt in B, der übrigens erst cap. 2 (= Fritzsche S. 5, Z. 4) mit dem Wort *putaretur* beginnt, fehlt auch in P., steht aber mit unbedeutenden Wortvarianten in R.

Die zweite Anrede (VII, 26) *Sed omnia — ad quietem* sowie die Worte (IV, 30) *aut Ariani* fehlen in B und R; für diese 2 Stellen ist P nicht verglichen. Die Grundlage der neuen Wiener Ausgabe wird der alte treffliche codex von Bologna; die Pariser sind aus saec. IX.

Edocemur hisce priorem tantum adlocutionem aliquantula cum verisimilitudine Lactantio adtribui posse. Qui tamen locus utrum a Lactantio profectus sit an non ad hanc quidem quaestionem nihil refert. Legimus enim ibi: *nam malis qui adhuc adversus iustos in aliis terrarum partibus saeviunt*, cet. Ex usu autem Lactantiano sibi semper constante soli principes persecutores appellantur, alii *ministri* tantum sunt *furoris alieni.*[1]) Complures igitur imperatores tunc temporis persequebantur. Post annum autem CCCXI. solus Maximinus christianos persecutus est. Sequitur ut verba illa ante annum CCCXI. scripta sint. Quod si verum est, verba praecedentia: *nam cum ille dies felicissimus* cet. de eo tempore intellegenda sunt, quo Constantinus in Britannia ab exercitu primum deinde a Galerio imperio ornatus est. Anno igitur CCCVI. Constantinus *optabilem principatum praeclaro initio auspicatus* est, *cum eversam sublatamque iustitiam reducens teterrimum aliorum facinus expiavit.* Quae res quam optime congruit cum iis, quae in libelli de mortibus persecutorum c. 24. s. f. traduntur. Utrum haec Constantini sanctio a scriptoribus excogitata an vera sit, quomodo sit explicanda, utrum hae laudes a Lactantio profectae sint necne, non hic est locus disserendi; hoc solum tenendum est, nullum huic adlocutioni inesse temporis indicium, quod annum CCCXI. transgredi nos cogat.

Quibus praemonitis iam ad quaestionem ipsam accedamus. Quonam anno perfecti atque finiti sunt libri divinarum institutionum? Qua in parte praecipue erit cavendum ne temere concludamus. Nihil enim potest erui ex omnibus istis libri quinti locis, ubi Lactantius generatim de persecutione dicit veluti V, 5 (p. 239).[2]) Contra nostro iure usurpabimus quaecunque facta esse referuntur velut

---

[1]) cf. i. d. V, 11 cet. praecipue V, 5 (p. 239): *Quod quidem vere faciunt ii, qui iustos ac fideles deo persequuntur dantque iudicibus saeviendi adversus innoxios potestatem.* (cf. d. i. II c. 16 (p. 107) de apparitoribus rectoris provinciae.)

[2]) cf. d. i. V, 5 s. f.: *Quod quidem — potestatem.* c. 9. *Qui laniant — madet, vexant ergo — digniores.* c. 13. *ita fit — accedat. Latrones — potest. Quo nihil verius — sapientia est.* (p. 254.) c. 18. *Nam cruciari — quam suam.* (p. 265.) c. 19. *Et quoniam — premitur. Parati — cedimus.* (p. 267.) *Quid ergo saeviunt — moriendo.* (p. 268.) c. 20. *Cur ergo tam crudeliter vexant* cet. (p. 271.) c. 21. *Non enim ipsi* cet. (p. 272.) c. 22. *Praeterea ultio — impellit.* (p. 276.)

UNIV. OF CALIFORNIA

V, 2: *Ego cum in Bithynia* cet. et iterum ib.: *omnes tamen id arguebant* cet. et quae paullo superius legimus: *Hic vero — eodem ipso tempore, quo iustus populus nefarie lacerabatur* cet. Caput XI. cum ab universa re incipiens ad singulas progrediatur inde a p. 250. demum in nostrum usum convertere possumus: *Quae autem per totum orbem singuli gesserint* cet. Quibus ex locis adparet persecutionis furorem tunc iam exstinctum fuisse. Potuit igitur Lactantius haec scribere post annum CCCIX. vel CCCX. Ebert hunc ipsum terminum quasi ultimum finivit.[1]) Rationes autem, quibus ductus ita statuit, magis ad persuasionem quam ad confirmationem aptae sunt. Non enim intellegimus, cur anno CCCXX. vel CCCXXI., persecutione Liciniana grassante, aliquis haec eadem scribere non potuerit.[2]) Quod tamen ne credamus duae nos prohibent rationes. Ac primum quidem monendum est persecutionem illam Licinianam omnino tam saevam non fuisse, id quod facile cognoscet quicunque Eusebiani stili peritus perlegerit quae de ea ille refert in hist. eccl. l. X. c. 8—9, vita Const. l. I. c. 49. — l. II. c. 16. Tum memoria erit retinendum — id quod plurimum valet — Licinianam illam persecutionem non esse nisi in illius regno grassatam. Lactantius autem ubique dicit persecutos principes per orbem.[3]) Furor igitur persecutionis desierat cum Lactantius ea, quae supra adtulimus scripsit, nec tamen persecutio ipsa ubique iam exstincta erat. Legimus enim in libri VI. c. 17: *spectatae sunt enim semper spectanturque adhuc per orbem poenae cultorum dei.*[4]) Qui dei cultores cum post edictum Galerianum omni poena liberati sint, necesse est locos, quos adhuc memoravimus ante edictum illud esse conscriptos. Cumque in reliquis institutionum libris temporis posterioris indicia non inveniantur, omnes divinarum institutionum libri ante annum CCCXI. conscripti sunt. Sunt praeterea alia, quae huic sententiae favent. Quomodo enim Lactantius post edictum, quod Christianis liberam dei colendi praebebat facultatem, scribere potuit, quae in libri V. c. 8. legimus: *postremo quia ne coli quidem vel a paucis deum sinitis?* Deinde negari nequit Lactantium cum caput XI. eiusdem libri (*Nam quis Caucasus* cet.) scriberet certum aliquem de persecutorum numero in animo habuisse, cumque expressis verbis testetur bestiam illam *per totum orbem* saeviisse, adparet eum de nulla alia persecutione dicere quam de ea, quae inde ab anno CCCIII. usque ad annum CCCXI. Christianos adflixit. Quod si pro certo cognoverimus perlegamus, si placet, quae in ultimo huius libri capite scriptor de ultione divina exponit. Si priore illo loco Lactantius de Diocletiana quae vocatur persecutione loquitur, oportet hunc locum ante Maximini, quin etiam ante Galeri mortem scriptum fuisse. Non enim poterat scriptor christianos tam infirma consolatione qualis est exspectatio ultionis erigere, si eo ipso tempore, quo haec verba scribebat, ultio severissima iam erat consecuta. Quae conclusio quam vera sit

---

[1]) Berichte der sächs. Ges. d. W. 1870. phil. Cl. XXII. p. 115 sq.

[2]) Qua eadem ratione ductus Bernays (Monatsber. der Berl. Ak. 1871 p. 516/7) terminos statuit aut annum CCCXII. aut CCCXXI.

[3]) cf. d. i. V, 11 (p. 249). ib. (p. 250): *quae autem singuli per orbem gesserint.* c. 12 (p. 252): *Ecce in eo est errore civitas vel potius orbis ipse totus.* c. 13 (252) *in quam tanta hominum milia per orbem totum una et pari mente consentiant.* ib. p. 253: *Cum vero ab ortu solis usque ad occasum — eadem sit ubique patientia, idem contemptus mortis* cet. l. VI, 17. (vol. II p. 38): *spectatae sunt enim semper spectanturque adhuc per orbem poenae cultorum dei.*

[4]) cf. epitome inst. div. germanice versa a P. H. Jansen in Bibliothecae patrum Kemptenianae parte CLXXVIII. p. 182 not. 1. cf. de mortibus pers. c. 35: *Tunc apertis carceribus* cet.

Lactantius ipse docebit. Ubi enim in epitome [1]) divinarum institutionum de ultione illa divina verba facit, haec habemus: *Nam cum isti defensores falsorum deorum adversus verum deum rebelles nomen eius in nobis persequuntur, nec re nec verbo repugnamus sed mites et taciti et patientes perferimus omnia, quaecunque adversus nos potest crudelitas machinari. Habemus enim fiduciam in deo, a quo exspectamus secuturam protinus ultionem. Nec est inanis ista fiducia, siquidem eorum omnium, qui hoc facinus ausi sunt miserabiles exitus partim cognovimus, partim videmus, nec ullus habuit impune quod deum laesit, sed qui sit verus deus, qui verbo discere noluit, supplicio suo didicit.* Ecce iam habemus locum, qui post mortem saltem unius ex numero persecutorum scriptus est [2]) simulque in eo orationem atque consolationem plane diversam ab illa priore.

II.

Num liber de mortibus persecutorum a Lactantio scriptus esse possit.

Etsi liber ille famosus, quem Stephanus Baluzius anno CIↃIↃCLXXIX. in volumine altero *miscellaneorum* primus edidit tot virorum doctissimorum manus expertus est,[3]) tamen nescio an hi omnes εἰς Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐξέχεαν πίθους. Disputant enim et argumentantur nullo certo fundamento nixi. Neque enim stili aut similitudo aut diversitas neque id, quod ex scriptis elucet

---

[1]) A Lactantio enim priorem quoque huius epitomes partem profectam esse ut credam me movet epitomandi, ut ita dicam, ratio; quae enim in institutionibus non raro diversis libri locis de eadem re exponuntur, ea in utraque epitomes parte aliter atque in illis libris coniunguntur neque ordo rerum plane idem est. Praeterea easdem tam in hac, quam in illis licet observare enuntiatorum conclusiones. Ebert autem fuit, qui post Walchium (ed. Lips. 1715 diatribe p. 19.) dubitaret num haec epitoma a Lactantio esset scripta. (Cf. Geschichte der christlich-lateinischen Literatur etc. Leipzig 1874 p. 82 adn. Bernays l. l. p. 513 not. 3.)

[2]) Verborum enim: „partim cognovimus, partim videmus" interpretationem aliquam pro certa vendere nolo.

[3]) Quae editiones, quaeque scripta de hoc libello usque ad annum 1786 prodierint Schoenemann in bibliothecae vol. I p. 228—249 consueta cum diligentia enumeravit. [Dubito de hoc tantum, quod versionem Francisci de Maucroix iam anno 1677 prodiisse dicit (p. 248). Ceterum J. J. Kotzé: *specimen historico-theologicum de Lactantio Traiecti ad Rhenum 1861* p. 29. not. vel anno 1673 versionem huius libelli prodiisse contendit.] Commentationes vero quae post Schoenemannum de Caecilii libello scriptae sunt editionesque eiusdem mihi innotuerunt haece: (quarum quas ipse inspicere non potui asterisco notandas curavi.)

Editiones et versiones:

Von dem Ende der Christenverfolger. Aus dem Lat. etc. Landshut 1822. 118 p. 8°. De auctore huius versionis cf. Doellingeri hist. eccl. I² p. 117.

* Opuscula selecta patrum ed Rykewart tomus III. Gandae 1833. (Cognovi ex P. H. Janseni praefatione p. 12.)

* Lactantii opera ed. nova et accur. Caillau. Parisiis 1842. 2 voll. (Cognovi ex Heckenhaueri Tubingensis catalogo Nr. LXXVII.)

Lactantii opera . . . . ed. O. Fr. Fritzsche. Lipsiae 1844. 2 voll. 8°.

L. opp. ed. Migne. Parisiis 1844.

* L. opp. ed. Lugdunensis 1845. (Janseni praef. p. 12.)

L. Caelii Firmiani Lactantii liber de m. p. édition classique, texte revu sur le manuscript unique etc. etc. par M. Fr. Dübner. Parisiis 1863.

UNIV. OF CALIFORNIA

ingenium scriptoris rem conficere possunt, neque tandem Hieronymi testimonium quidquam valet. Nolo eo inniti, quod alium Hieronymus, alium codex Colbertinus titulum exhibeat, non enim ignoro Tertullianum quoque libello suo titulum *de fuga in persecutione* praefixisse, apud Hieronymum autem de viris inlustribus c. 58 simpliciter legi: *de persecutione.*[1]) At quis est, qui contendere possit Lactantium de persecutione nihil aliud scribere potuisse, quam quae in libro de mortibus persecutorum legimus? Num propterea, quod in fine libri V. institutionum ultionem futuram esse praedixerat, necesse erat statim post persecutorum mortem eum libello quodam ostendere, quomodo ultio illa sit consecuta? Exposuerat Tertullianus in persecutione fugere nullo pacto licere. Etsi maior ecclesiae pars hanc severam atque inhumanam doctrinam non probaverat, tamen nulla in persecutione deerant, qui nimio fidei ostendendae studio ducti simili severitate in eos inveherentur, qui aliquo modo *certamen* effugerant. Comprobat hoc Cyprianus in initio libelli, quem *de lapsis* conscripsit; comprobat idem Donatistarum schisma. Quid si Lactantius contra huiuscemodi severitatem scripsit? Certe ipse officium hominis putabat esse non se tradere iudicibus, id quod verba eius probant haece: *secessit tamen cum discipulis suis (Jesus) non ut vitaret, quod necesse erat perpeti ac sustinere, sed ut ostenderet quod ita fieri oporteret in omni persecutione, ne sua quis culpa incidisse videatur;* cet. (i. d. IV, 18 p. 203) Attamen nimis diu in re satis incerta moramur; permulta profecto excogitari possunt, de quibus Lactantius in libello de persecutione scribere potuerit. Cur denique liber ille de mortibus persecutorum a nullo nisi a Lactantio scriptus esse potest, cum tamen plurimos de persecutionis historia tum scripsisse non solum veri sit simillimum, sed multorum etiam huiusmodi operum notitia ad nos pervenerit?[2])

Omissis igitur hisce argumentis, quae omnia per se rem conficere nequeunt, via incedendum erit plane nova.

Lucii Caecilii Firmiliani (sic!) *Lactantii liber de m. p. et S. Victoris Vitensis historia persecutionis Vandalicae. Oeniponti 1873.* (Hurteri: sanctorum patrum opuscula selecta XXII.)

Ausgewählte Schriften des F. L. . . . . nach dem Urtexte übersetzt . . . . . von P. H. Jansen, Pfarrer der Erzdiöcese Köln. I des F. L. Leben und Schriften. II Von den Todesarten der Verfolger in bibliotheca patrum Kempteniana pars CLIV.

Commentationes:

* *Ja. H. Brooke Mountain: a summary of the writings of L.* Londini 1839.

* *Nathaniel Lardner: on the credibility of the Gospel History* vol. II p. 257 chapt. LXV. (Cognovi hos duos libros ex Kotzei praefatione.)

P. Paulus Bertold, O. S. B.: Prolegomena zu Lactantius. Metten 1861.

Rothfuchs: *qua historiae fide L. usus sit in libro de mortibus persecutorum.* Marpurgi 1862.

C. Halm: *Zu Lactantius de m. p.* in Sitzungsber. d. Wien. Akad. 1865 vol. L. p. 161. (Separatim quoque Vindobonae eodem anno prodiit sub titulo: *Textesverbesserungen des Buches von dem Tode der Verfolger.*)

O. Hunziker: *Zur Regierung und Christenverfolgung des Kaisers Diocletian und seiner Nachfolger 303—313* in Büdingeri Forschungen zur röm. Kg. vol. II (additamenta quaedam vide in vol. III).

A. Ebert: *über den Verfasser des Buches de m. p.* in Ber. d. sächs. Ges. d. W. phil. Cl. vol. XXII p. 115—138.

(Cf. praeterea J. Burckhardt: die Zeit Constantins des Grossen, Basileae 1853 p. 46, 57, 67 sq. 327 sq. 329 337 not. 349 not. Keim: Uebertritt Constantins zum Christenthum, Turici 1862 p. 76. Teuffel: hist. lit. Rom. p. 899, 7. Bernhardy hist. lit. 1850 p. 689, 1855 p. 795, 1872 p. 985 not. Ebert: Gesch. d. christl. lat. Lit. etc. Lipsiae 1874 p. 83—85.)

[1]) Video hoc meum inventum iam pridem a Jo. Columbo inventum fuisse. cf. Lact. ed. Lenglet-Dufresnoy. Parisiis 1748 vol. II p. 356.

[2]) cf. scripta illa, ad quae Eusebius provocat ipsiusque Eusebi libellos, praeterea Gennadii de viris inlustribus c. 1.

I a) Nempe ante Novembrem anni CCCXIV. libellus hic conscriptus esse non potest.[2])

b) Porro certissimum est eiusdem libelli auctorem, quisquis fuit, tum cum scribebat Nicomediae commoratum esse.[2])

c) Deinde veri est simillimum eundem auctorem per totum tempus, quod narrando complectitur, in oriente versatum esse.[3])

d) Veri denique simillimum est eundem per omne istud tempus Nicomediae fuisse.[4])

Quae postquam de auctore huius libelli statuimus iam videamus de Lactantio.

II a) Demonstrasse mihi videor institutionum divinarum libros ante annum CCCXI. conscriptos esse. Quod si certum est, statim inde sequitur Lactantium iam ante illum annum Nicomedia itemque ex Bithynia in aliam terram profectum esse. Legimus enim i. d. V, 2: *Ego cum in Bithynia oratorias literas accitus docerem contigissetque ut eodem tempore dei templum everteretur, duo exstiterunt ibidem, qui iacenti atque abiectae veritati, nescio utrum superbius an importunius insultarent.* Idem nos docet tota, quae hunc locum sequitur narratio, ex qua satis est initium c. 4. enotasse: *Ii ergo, de quibus dixi, cum praesente me ac dolente sacrilegas suas literas explicassent*, cet. Neque in his solum duobus capitibus Lactantius dicit se tum, cum institutiones scripsit Nicomediae non fuisse; facile enim quispiam suspicetur — id quod tamen redargui facillime potest — hanc introductionem posteriore tempore additam esse, sed idem nos docet postea dicens: *Vidi ego in Bithynia praesidem* cet. (V, 11. p. 250.) Certissima igitur res est Lactantium iam anno CCCXI. Nicomediae non fuisse.

b) Veri deinde est simillimum Lactantium, cum institutiones scribebat in occidentis partibus fuisse. Movent me ut ita credam praeter cetera cum d. i. V. c. 1—4. tum vehementia sermonis Lactantiani ubique in hoc libro occurrens, qua vehementia scriptorem ullum sub ipsius Galeri oculis usum esse non est credibile.

c) Simillimum etiam veri est Lactantium iam tum, cum institutiones scribebat Crispi magistrum fuisse. Haec enim Eusebius in chronico, interprete Hieronymo, exhibet: *olymp. CCLXXIIII Abr. 2333. Crispus et Constantinus, filii Constantini, et Licinius adulescens, Licini Augusti filius, Constantini ex sorore nepos, Caesares appellantur. Quorum Crispum Lactantius Latinis literis erudivit, vir omnium suo tempore eloquentissimus, sed adeo in hac vita pauper ut plerumque etiam necessariis indiguerit.* Et Hieronymus de viris inlustribus c. 80. s. f.: *Hic extrema senectute magister Caesaris Crispi, filii Constantini in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.* Unde pueri tantum concludunt Crispum Caesarem, non Crispum a Lactantio edoctum esse. Lactantius diu ante annum CCCXI. munere publico se abdicaverat;[5]) ante illum annum Nicomediam reliquerat et in occidentis partibus — sicut videtur — versabatur. Quid impedit, quin credamus

---

[1]) cf. c. 48: *die Iduum Iuniarum* cum c. 50, 51. Qui enim ex eo, quod belli Cibalensis in eo mentio nulla fit, concludendum esse putat ante illud bellum librum esse conscriptum ob eamque rem c. 51. eiciendum esse, is Eusebi libros aut omnino non, aut valde neglegenter perlegit.

[2]) cf. c. 7: *hic basilica, hic circus, hic moneta* cet.

[3]) Id quod unusquisque toto perlecto libello facile sibi persuadebit; satis erit de sanctione illa Constantini supra memorata et de electione eiusdem per patrem facta scientes monuisse.

[4]) cf. post Baluzium Hunzikeri notam p. 121.

[5]) cf. d. i. I, 1: *Quae professio* cet. (p. 2) de opif. dei c. 1: *praeceptor etiam nunc, sed honestioris rei meliorisque doctrinae.*

UNIV. OF CALIFORNIA

Lactantium iam tum in Gallia Crispum erudiendum suscepisse? Profecto nihil impedit, nam et ipsa extrema illa senectus optime cum Lactanti aetate, qualis fuit tunc temporis congruere videbitur ei, qui perlegerit, quae scriptor de opificio dei disserens in fine de se ipso addit. Postquam enim institutiones scribere se velle dixit ita pergit: *Fortasse mireris, quod tantum facinus audeam. Patienturne igitur exstingui aut opprimi veritatem? Ego vero libentius vel sub hoc onere defecerim.* cet. . . . . *Magnum videor polliceri, sed caelesti opus est munere ut nobis facultas ac tempus ad proposita persequenda tribuatur. Quodsi vita est optanda sapienti, profecto nullam aliam ob causam vivere optaverim, quam ut aliquid efficiam, quod vita dignum sit, et quod utilitatem legentibus, etsi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiae rivus est, ad vivendum tamen afferat, quod est maxime necessarium. Quo perfecto satis me vixisse arbitror et officium hominis implesse, si labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos ad iter caeleste direxerit.* Quibuscum verbis conferre licet, quae in primo libro institutionum (c. 1. p. 2.) dicit: *Nam si quidam maximi oratores, professionis suae quasi veterani, decursis operibus actionum suarum postremo se philosophiae tradiderunt, eamque sibi requiem laborum iustissimam putaverunt . . . . . quanto iustius ego me ad illam primam, veram divinamque sapientiam, quasi ad portum aliquem tutissimum conferam, in qua omnia dictu prona sunt, auditu suavia, facilia intellectu, honesta susceptu?* Sunt autem praeterea vestigia nonnulla, quae ad eandem hanc sententiam videntur perducere. Stephanus enim Baluzius in notis ad librum de m. p. p. 349. haec dicit: *Putavit vir d. Petrus Franciscus Chiffletius Crispum a Lactantio institutum fuisse anno Christi CCCXII, eodem nimirum tempore, quo primum Constantinus, ut ille ait, mox mater eius Helena Christum agnovere, fidei nostrae sacramenta edocti ab Eusebio, Episcopo Vesontiensi et Crispum cum Helena et Lactantio relictum Vesontione a Constantino quum is in Italiam profectus est adversus Maxentium. Verum narratio, ex qua Chiffletius hanc historiam contexuit, posterioris ac sequioris saeculi scriptum est et nullam fidem meretur.* Rem altius repetere non potui, quia Chiffleti illum locum non indagavi; vestigium tamen inest eius, quam modo protuli, sententiae. Etiam prior illa, de qua supra diximus ad Constantinum adlocutio credere nos volt Lactantium iam ante annum CCCXI. non solum in occidente fuisse, sed aliquam etiam cum Constantino consuetudinem iniisse. Scripta autem est ea ante nonum saeculum. Scio tamen haec vestigia tantum esse.

Iam conclusiones faciamus ex his, quae posuimus, praemissis. Atque ex iis, quae pro certis posuimus in utroque praemissorum ordine sequitur Lactantium aut

a) tum, cum liber de m. p. scriptus est (h. e. anno 314/15) Nicomediae iterum fuisse, aut
b) auctorem libelli illius non esse.

Quodsi prius pro vero accipimus, duplici modo res cogitari potest — veri similia illa supra exposita nondum curamus —; aut enim

a) Lactantius ante annum CCCXI. nescimus quo occidentis profectus, Nicomediam deinde non multo post reversus, post annum CCCXIV. demum a Constantino accitus est, aut
b) iam ante annum CCCXV. a Constantino Nicomediam revertit.

Quarum opinionum si quis alterutram tueri velit, is certis quibusdam argumentis refelli non postet. Obstant vero utrique veri similia illa, quae supra exposuimus et priori quidem ea, quae sub II c, posteriori ea, quae sub I b c protulimus.

Veri igitur simillimum est Lactantium tum, cum liber de m. p. scriptus est Nicomediae non fuisse. Hinc autem statim — si divisione paullo superius facta utimur — hoc sequitur: veri est dissimillimum Lactantium auctorem libelli de m. p. esse.

Video tamen unam, sed valde dubiam viam, qua possit quispiam huius conclusionis vim effugere. Hoc enim modo conclusio nostra impugnari potest ut contendat aliquis Lactantium, etsi in Galliis viventem tamen ea, quae per amicos de rebus Nicomediensibus comperisset, ita composuisse ut Nicomediensis scriptoris nomen speciemque prae se ferret. At aut non opus erat ita facere Lactantium, aut certum quoddam consilium habuit cur ita faceret. Id autem consilium necesse est ostendi antequam credamus rem ita se posse habere. Utrum vero auctor libelli de m. p. praeter ea, quae narraturum se esse dicit aliud quoque consilium secretum habuerit an non, propriae reservandum erit disquisitioni. Sunt enim permulta non tam facile diiudicatu quam Hunzikero videbantur. Sufficiet tamen nunc affirmare tale quoddam consilium nullo modo evinci posse, unde statim sequitur id, quod conclusioni nostrae obiciebatur iam diutius teneri non posse.

Non igitur est, cur ignoto illi Caecilio gloriolam Lactantianae latinitatis invideamus. Malus profecto eloquentiae praeceptor nobis videretur Lactantius fuisse, nisi in discipulis aliquantulum magistri facundiae adpareret, scriptorque idem a nobis haberetur infelix nisi loci ex illius scriptis desumpti interdum apud alios occurrerent.

UNIV. OF
CALIFORNIA

Schulnachrichten.

Lehrverfassung.

Ober- und Unter-Secunda:

Ordinarius: Der Rector.

1. Religionslehre. Katholische. 2 Stunden. Herr Ritsch.

Ausgewählte Abschnitte aus der Kirchengeschichte von der Bekehrung Deutschlands bis zum Tridentinischen Concil. Apologetische Einleitung in die gesammte Religionslehre. Der erste Theil der Glaubenslehre. Nach Dubelmann, Leitfaden, 1. Theil.

Evangelische. 2 Stunden. Herr Pfarrer Hosse.

Lectüre im Grundtexte von Evang. Matthäi, Cap. 28, von Cap. 3, 4 und 5 im Briefe an die Römer und von Evang. Marci, Cap. 14 und 15. — Kirchengeschichte von der Stiftung der christlichen Kirche an bis zur Reformation. — Memoriren einzelner Kirchenlieder. — Aufsätze über Gegenstände aus der Glaubens- und Sittenlehre.

2. Deutsch. 2 Stunden. Der Rector.

Lesen und Erklärung von Stücken aus Linnig, Lesebuch, 2. Theil. Ergänzend dazu Gedichte von Schiller und Göthe, prosaische Aufsätze, besonders: Was heißt und zu welchem Ende studirt man Universalgeschichte, von Schiller; Lessings Minna von Barnhelm. An die Lectüre angeknüpft im Sommer Mittheilungen über die bedeutenderen Dichter und die Entwickelung der Dichtkunst überhaupt, im Winter das Wichtigste aus der Poetik (2. Hälfte, die Dichtungsarten). Uebungen im Disponiren. Freie Vorträge. Leitung der Privatlectüre. Alle drei Wochen ein Aufsatz.

3. Latein. 10 Stunden. Davon 8 der Rector und 2 (Lectüre des Dichters) Herr Dr. Meyer.

Lectüre: Sallust, Jugurthinischer Krieg. Livius, Auswahl aus Buch V. Virgil, Aeneis, I., II. und III. Buch. Für Ober-Secunda besonders: Cicero, pro lege Manilia; Memoriren geeigneter Abschnitte. — Grammatik: Die Syntax des Verbums, 2. Theil (Infinitiv, Participium, Gerundium und Supinum). Nach Meiring, Grammatik. Wiederholungen aus der Formenlehre. Mündliche und schriftliche Extemporalia, Uebersetzungen aus Süpfle, Aufgaben, 2. Theil. Bei den Ober-Secundanern Uebungen im mündlichen Gebrauch der lateinischen Sprache. Wöchentlich eine Reinarbeit. Für Ober-Secunda besonders: Vier Aufsätze.

4. Griechisch. 6 Stunden. Davon 4 Herr Dr. Meyer, 2 (Lectüre des Dichters) der Rector.

Lectüre: Xenophon, Anabasis I. und II. Buch (zum Theil lateinisch übersetzt). Für Ober-Secunda außerdem: Herodot l. VII (zum Theil). Lysias or. XII. Homer, Odyssee, Buch IX und XII. Dazwischen als Repetition Buch X und XI. — Grammatik: Syntax des Nomens. Mündliche und schriftliche Uebersetzungen. Alle 14 Tage ein Pensum und ein Extemporale.

5. Französisch. 2 Stunden. Herr Winkler.

Lectüre: Paganel, histoire de Frédéric le Grand. — Grammatik: 5.—7. Abschnitt aus Plötz, Schulgrammatik. Mündliche und schriftliche Uebersetzungen. Alle 14 Tage ein Pensum und ein Extemporale.

6. Hebräisch. (Für Obersecunda.) 2 Stunden. Herr Ritsch.

Die Formenlehre. Uebersetzungen. Nach Vosen, Anleitung.

7. Geschichte und Geographie. 3 Stunden. Herr Dr. Meyer.

Geschichte der Römer bis zum Tode Octavians. Ueberblick über die Kaisergeschichte bis 476. Wiederholungen aus der deutschen Geschichte.

8. Mathematik. 4 Stunden. Herr Knipschaar.

Algebra: Gleichungen des ersten Grades mit einer und mehreren Unbekannten. Potenzen und Wurzeln. Quadratische Gleichungen. Beispiele aus Heis' Sammlung. — Geometrie: Wiederholung der Kreislehre. Proportionen. Proportionalität der Linien. Aehnlichkeit der Dreiecke und Vielecke. Regelmäßige Figuren und Kreis-Ausmessung des Kreises. Constructionsaufgaben. Nach Fischer, 2. Cursus. Für Ober-Secunda besonders: Gleichungen des zweiten Grades mit einer und mehreren Unbekannten. Logarithmen. Progressionen. Zinseszins- und Rentenrechnung. Harmonische Beziehungen.

9. Physik. 1 Stunde. Herr Knipschaar.

Das Wichtigste aus der Lehre vom Magnetismus, von der Reibungselektricität, vom Galvanismus und von der Wärme. Nach Trappe, Physik.

Ober- und Unter-Tertia:

Ordinarius: Herr Dr. Fürth.

1. Religionslehre. Katholische. 2 Stunden. Herr Ritsch.

Die Sittenlehre. Nach Dubelmann, Leitfaden, 2. Theil. Ausgewählte Abschnitte aus dem ersten Theile der Kirchengeschichte.

Evangelische, combinirt mit der Quarta. 2 Stunden. Herr Pfarrer Hosse.

Lectüre und Erklärung der für das laufende Kirchen-Jahr vorgeschriebenen Sonntags-Perikopen; in der Passions-Zeit Lectüre und Erklärung der Leidensgeschichte nach Matthäus. Memoriren von Kirchenliedern. Repetition der biblischen Geschichte des Alten Testaments.

2. Deutsch. 2 Stunden. Herr Dr. Fürth.

Lesen und Erklärung von Stücken aus Linnig, Lesebuch, 2. Theil. Declamation. Die Lehre vom zusammengesetzten Satze, besonders von den Perioden. Freie Vorträge. Leitung der Privatlectüre. Alle 14 Tage ein Aufsatz.

3. Latein. 10 Stunden. Herr Dr. Fürth.

Grammatik: Wiederholung der Casuslehre. Die Lehre von den Tempora und Modi nach Siberti, Grammatik. Mündliches und schriftliches Uebersetzen aus Spieß, Uebungsbuch. Extemporalia. Wöchentlich eine Reinarbeit. Lectüre: Cäsar, de bello Gallico I, IV, V, 8—14, VI, 9—28. Ovid, Metamorphosen I, 1—4, 89—150, 313—415, V, 339—571, VI, 146—381. Mehre Capitel aus Cäsar und Abschnitte aus Ovid wurden memorirt. Der Lectüre des Dichters wurde die Lehre von der Quantität nach Siberti, sowie die Einübung derselben an versus memoriales vorangeschickt.

4. Griechisch. 6 Stunden. Herr Dr. Fürth.

